

tamen ab aliis x) jam abunde fuit satisfactum.

59. Quin imo in' hoc Codice repetitæ prælectionis leges legibus refigi & abrogari videoas , cum tamen Justinianus Triboniano & Collegis ejus mandaverit, ut leges supervacuas seu abrogatas circumducerent ac tollerent. Specimen earum dedit Wissenbachius. y)

60. Uti ergo hoc modo multæ antinomiae in Codicem etiam repetitæ prælectionis irrepsero; ita haud dubie, quoties Codex Pandectis contradicit, iis derogat.

61. Video equidem ab aliis z) cautelam adhiberi istam, ut videndum sit, an non JCti, ex quibus leges Pandectarum desumptæ sunt , vixerint post Imperatores, iis in Codice contradicentem, quo pacto horum tanquam posteriorum sententia sit præferenda sententiæ Codicis. Sed non video, quo fundamento ea nitatur assertio.

62. Etsi enim Imperatores judices astrinxerint, ut sequerentur responsa prudentū, non tamen unquā tantam dederunt JCtis potestatem Legislatoriam, ut etiam

C 3

pos-

^{x)} Præcogn. Hopp. d. l. s. 21. seq. ^{y)} ad Cod. p. s. ^{z)} in diff. ad Brunnem. Man. Cod.